Nº 482

Reg.º Lib. [illegible] K. p. 14.
Joannes Dominicus Menetti Reg.

A

IRMANDADE
DOS
CLÉRIGOS

Innocentius de Comitibus ex Ducibus Poli et Guadagnoli Dei, et Aplice Sedis Gtia Archiepus Tyren. Smi Dni nri Papę Prę-
latus Domesticus et Assistens ejusdem, et dtę S. Sedis in Portugallię, et Algarbiorum Regnis atque Dominijs cum pote Legati de Latere Nuntius &c. Dilecto in Xpto
Vic. Portugallen. in Spualibus Gnli salutem in Dno Sempiternam. Oblata Nobis nuper pro parte dilecti in Xpto filij Emmanuelis Moreira de Souza Laici et dilectę etiam in Xpto
filię Annę Moreira da Silua mulieris Portugallen. Dioces. petitio continebat, quod dta Anna Vigesimum quartum Annum agens hactenus Virum sibi non consanguineum vel
affinem paris conditionis cui nubere possit inuenire nequiit. Cupiunt ipsi qui ut asserunt pauperes, et miserabiles existunt, ac ex suis labore et industria tantum uiuunt, itaut bona
ipsorum non excedant Valorem quingentorum, et Viginti quinque millium Regalium monetę Lusitanię Regni, inuicem matrimonialiter copulari, sed quia duplici quarto a du-
abus comunibus stipitibus prouenien. consanguinitatis gradibus inuicem sunt coniuncti desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Aplicę dispensatione. Quare ipsi tam
Nobis humiliter supplicari fecerunt ut sibi in premissis opportune prouidere benignè dignaremur. Nos igitur qui per litteras Aplicas ad quarum insertionem minime tenemur sufficienti fa-
cultate suffulti sumus, eorundemque quemlibet a quibusuis Excomunicationis aliisque Ecclesiasticis censuris, si quibus innodati existunt ad effectum presentium tantum consequendum, dummodo tamen in
illis ab anno non insorduerint harum serie absoluentes, et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuę per presentes committimus et mandamus quatenus deposita
per te omni spe cuiuscumque muneris aut premij etiam sponte oblati à quo te omnino abstinere debere monemus de premissis te diligenter informes et super infor-
mationem eandem precis ueritati niti reperieris super quo conscientiam tuam oneramus tunc cum ipsis Emmanuele, et Anna dummodo ipsi pauperes, et miserabiles
existant, ac ex suis labore, et industria tantum uiuant, itaut bona eorum non excedant predictum Valorem quingentorum, et Viginti quinque millium Rega-
lium monetę huius Regni ut prefertur, et dta Anna propter hoc rapta non fuerit quod impedimento duplicis quarti consanguinitatis gradus huiusmodi, ac constitutionibus, et Ordi-
nationibus Aplicis ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus matrimonium inter se publicè seruata forma Concilij Tridentini contrahere illudque in
facie Ecclesię solemnizare, et in eo postmodum remanerè liberè, et licitè ualeant auctte nostra Apostolica qua in hac parte fungimur dispenses.
Prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando. Volumus autem quod si pretextu monitione nostra huiusmodi aliquid muneris, aut prę-
mij occasione premissorum exigere aut oblatum recipere temere presumpseris Excomunicationis latę sententię penam incurras. In quorum
fidem presentes manu nostra subscriptas fieri sigillique nostri jussimus impressione muniri. Datum Ulisbone
Anno Incarnationis Dominicę Millesimo Septingentesimo Septuagesimo secundo Septimo Kalen. Aprilis.
Pontus Smi Dni Nri Dni Clementis Papę XIV. Anno III.o

J. Archiepus Tyren. Nuntius Aplicus

S.ta

Solvit Ducat: Duodecim et Vig.ti quinque
Perogi.s Gonsalvez Abbt.

[illegible]

In 2.o 4.o cons.is
pro mare

IRMANDADE DOS CLÉRIGOS

D. Just.º Aflito ad effum.
Il.ᵐᵒ Coutinho pra. Disbab.

IRMANDADE DOS CLÉRIGOS

Paulo Martins Scriptor